



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>


IGNATI
ALBANI
MERATENSIS

Epigrammatum.

LIBER PRIMVS.

PHILIPPO EMMANVELI
Pedemont. Prouinc. Principi Serenifs. &c.

*Sono
Romani
hab
nelly*



*Griff
Parac*



MEDIOLANI,

Apud Hieronymum Bordonum, & Petrum Marty-
rem Locarnum socios. M. DCII.
Cum licentia Superiorum.

APPROBATIO.

Imprimendi, diulgandique potestatem fecerunt:

F. VINCENTIUS AQVENSIS Vicar. M. R. P. Inquisit. Mediol.

ALOYSIUS BOSSIUS Canonicus ord. Theol. pro Illustris. Card. Archiepisc.

ANTONIUS POGGIUS, pro Excellentissimo Senatu.



PHILIPPO EMMANVELI

PEDEMONT. PROVINCE.
Principi Sereniss. &c.



*rum capiam fortasse videbitur,
Princeps Sereniss. unum se in-
ter omnes à me deletum, cui
inter arma, virosq; aliud agen-
si Epigrammatum meorum li-
ber dicaretur; Nam quis inter
speritus bellicos, hostilesque motus animam appli-
cet ad Adusæ otia, & excessum expectet? Om-
nia namque nobis, ut inquit Romanus Orator,
saudia de manibus excussuntur, simul atque mo-
tus aliquis novus bellicum canere coepit. Sentias id
aliquis, qui se malanone; Princeps Optime: Mi-
li vero aliud longe diversum videtur; Ita enim*

1701

a 2 in te

in te doctrina, rogaque vires, ut arma non sper-
nant; & rursus tantum arma possunt, & sagus,
ut nulla quidem ex parte doctrinam obruant.
Quare id crebrius de te usurpare soleo commenti-
tiam quidem fabulam fuisse de armata Pallade;
De Philippo autem Emmanuele in litteris aequè ac
in armis, quantum per aetatem licet, praclaro, non
absurdum neque inane. Mirari igitur desinant,
ij, nisi fortasse tuam mirentur virtutem, egregia-
que animi tui dotes, quibus inter ceteros Princi-
pes, tamquam piropus inter gemmas longè præ-
stas & excellis. Quod si & meam velint mira-
ri audaciam in hoc tibi libro dicendo, abeant lon-
gissimè: quis enim dubitet, quin munusculum
hoc, quantillam idcumque est, ea, qua soles om-
nia, comitate excipias, ut in spem veniamus fo-
re, ut & tibi, Mæcenas optime, opus hoc iucun-
dum accidat, & mihi ad audendum maiora ani-
mos, facultasque accrescat. Munera quidem
sunt parua, si carmen spectes, licet summo, qua-
le quale sit, labore sit editum; at sane non ingra-
ta, si rem ipsam, de qua agitur, animaduertas,
de tuo nempe Patre Duce Optimo, & strenuis-
simo, deque ijs rebus, qua in vestra ditione,
dum illic vitam agerem, acciderunt. Quare
munusculum Princ. Opt. excipias tibi de lacrimis,
meque

*meque tibi hoc quasi vinculo perpetua erga te mea
obseruantiæ deuinctum in sempiternum tempus
complectaris. Vale.*

Deditissimus tibi

Ignatius Albanus.

1917

1. The first part of the report is devoted to a general survey of the situation in the country. It is found that the country is in a state of general depression, and that the people are suffering from want and distress. The cause of this is attributed to the war, and the consequent increase in the price of food and other necessities.

2. The second part of the report is devoted to a detailed account of the various measures which have been taken by the Government to relieve the suffering of the people. It is found that the Government has taken a number of steps, and that these have had a beneficial effect on the situation.

3. The third part of the report is devoted to a summary of the results of the various measures which have been taken. It is found that the situation has improved, and that the people are no longer suffering from want and distress.



I G N A T I I
 A L B A N I
 M E R A T E N S I S

Epigrammatum,

LIBER PRIMVS.

*Ad Sereniss. Carolum Emmanuelem
 Sab. Duc.*



Egida Pallas amat: Phœbus sua tela sagit-
 tas :

Grata est: Mercurio clava; Sicambre,
 tuo.

Quis neget armatas properate ad classica Musas?
 Scireque Castalios Martia corda sonos?
 Arma togæ sociatâ nihil patiuntur inausum,
 Nititur alterihs mensq; manusq; vice.
 Hæc tua laus quacunque datur, fortissime Princeps,
 Iungere belligeris plectra canora tubis.
 Hinc te Phœbus amat; te Mars hinc gaudet alumno,
 Mars domet indomitos; carmina Phœbus amet.

A Ad

Ad Eundem.

In explicationem Insignis.

Quondam Palladium, Cœloq; Ancilia lapsa,
 Et Crux inuicti signa fuere Ducis.
 Constantine tibi vires hæc signa tulere,
 Troia diu his clypeis, Romaq; tuta fuit.
 Crux eadem, Pallas melior, meliusque salutis
 Est Ancile tibi Virgo; quid ergo petas?
 Signo illi potuere omnes superare vel vno,
 Non inuictus eris, quem tria signa tegunt?

In idem.

Troiaæ Palladium, bis sex Ancilia Romæ,
 Christicolæ signum Crux fuit vna Ducis.
 Crux est stemma tuum, melior tibi Pallade vir
 go,
 Ancilis subeunt Martyris ossa vicem?
 Scutum Ancile ferunt vnum latus vndiq; cæsum:
 Et quis Martyribus corpora cæsa neget?
 Tres tria signa, vitumque duas tutantur & vrbes;
 Defendent vnum non tria signa Ducem?
 Raptum est Palladium, periere Ancilia, victrix
 Crux stetit in Scuto sola relicta tuo.
 Sed Crux, & Virgo, & Diuûm tutela manebit;
 I, triplici tutus, numine bella gere.

In

In idem.

TRoiaë Palladium, prolapsa Ancilia Romæ,
Et Crux infractam Militis auxit opem.
Palladio Troiana diu Arx sterit, Ilium ingens
Arma inter, strepitus inter & Argolicos.
Aucta sub Ancili Roma est vi, milite, regno;
Constantinus opem sensit adesse Crucis.
Palladium Doctrina tibi est: Ancilia cultus
Religionis: habet, Carole, Stemma Crucem.
Virge igitur, ferroque hostes hinc, inde laceffe;
Hostis ab infracto milite fractus abit.
Illi esse inuicti signo potuere vel vno;
Quis neget inuictum, quem tria signa tegunt?

Ad eundem.

Dum templum B. Mariæ Virg. erigit ad
Montem Regalem.

MArte potens nuper victricibus inclyte castris,
Quid pietate potēs, Carole, templa colis?
Nūc hostes agis impavidus, seu diruis arces.
Nunc mihi pacis amans tam pia tecta locas,
An pugnam pietate simul, ferroque ciere
Doctus, & hinc homines vincis, & inde Deum?
Eia age felices misce hæc in prælia vires,
Carole vince Solum, Carole vince Polum.

Ad eundem.

L Is oritur Bellonam inter, doctamq; Minervam,
 Hæc sibi prima cupit, quærit & illa sibi.
 Hinc iaculo Bellona potens; hinc Pallas acuto
 Hastili nixa est. vtraque bella ciet.
 Ignescunt iræ: subeunt certamina, Amazon
 Qualia peltato milite gessit atrox.
 Hæc cadit, illa furit: petit hæc, prosternitur illa;
 Tertia pugna instat; tertia pugna ruit.
 Quis Deus iratas possit componere Divas?
 Audeat inuictæ quis dare iura Deæ?
 Carolus hic ille est. Ambæ comitantur euntem,
 Seu fera bella mouet, seu pia templa colit.
 Viue igitur felix tanto sub Numine Princeps;
 Concute Marte Solum, Pallade vince Polum.

Ad eundem.

CAROLVS EMMANVEL
 Anagrammatismus

SALVE O CARVM LVMEN.

CAROLVS EMMANVEL nostros hic inter Olores
 Creditur, Aonias Phœbus, vt inter aues.
 Scilicet arguã dum crispant gutture vocem,
 Dirigit vsque sonos, dirigit vsq. modos.
 Nomine quin etiam proprio sese ipse salutat,
 Si mutata suo sint elementa loco.

O CA-

O CARVM LVMEN SALVE ; sic ipsa loquuntur .
Hoc satis est ; nostram nam subiere vicem .

Aliud.

C A R O L V S E M M A N V E L

Anagrammatismus

E S L V N A C Æ L O R V M .

CVM te fama fuit per bellum, Carle, per hostes
Venturum, est varijs Musa locuta modis .
Accipe, quæ de te fuerint pia dicta; nec ipse,
Nominis at pandunt mota elementa tui .
CÆLORVM LVNA Es, discussis luce tenebris
Hinc prohibes furtum, detegis inde dolos .
Hoc furit hæreticus; sed quid iuuat? exerit arma,
Num potis est altum Fur maculare iubar?

Ad eundem.

IS, quem suspexit, Comitemque Sabaudia sensit,
Quartus ab antiquo Dux Amedeus auo;
Effrenas facta frenabat cæde Phalanges,
Hostibus, & Fidei terror, & horror erat .
Hunc Araris magnum victorem vidit, & Indus
Vndique concussum sternere cæde solum .
Hunc Rhodos experta est indutum lactea signa,
Cum Fera Turcigenum victor in arma ruit .

Pro

Pro Cruce pugnat atrox; tectus Cruce proterit hostem
 Mutatisque Aquilis tollit in astra Crucem .
 Non minor antiquo Princeps es Principe Carle ,
 Seu fera bella geris; seu pia signa colis .
 Nā modò castra moues validus, modò ferris in hostes
 Aequataque ferox incutis arce metum .
 Et Cruce sublata Christumque Fidemque; fateris
 Inter & arma, viros inter, & hæreticos .
 Stemmata sunt igitur Crucis albæ insignia; quātum
 Is bene promeruit , tam bene Carle foues .

Ad eundem .

De partibus Insignis .

De Leonibus .

E Cquid recti inhiat, quos mōstrat Stēma, Leones?
 Quod Leo fortè inhiat , fortè aliquando feret.

De Equo .

C Vr freno , & phaleris positus equus insilit altè?
 Est quia sessorem non patitur dōminum .

De Lunis .

Quod Lunam potuere tui superare Priores
 Carle, aliud non est, quam superasse Polum.

De

De Nigro, & Albo.

Albi, Nigrique attendas misteria, Carle,
Nigra notant hostem, candida teq; notant.

De Corolla rutacea.

Zodiaco similem viridantem stemma corollam
Exhibet; ille Polum cingit, & ista Solum.

Ad eundem.

Dum visit Breranum Collegium.

Quatum, Carle, tui felix est nominis omen?
Quat° ab hoc honor est nomine, quat° Amor?
Has olim egregias donavit Carolus eedes,
Præsulis ex tanto nomine quantus Amor?
Tu multis sedem hanc meritis, & honoribus auges,
Principis ex tanto nomine quantus Honor?
Hinc Amor, hinc & Honor sunt tanti nominis omen,
Hocque vnum, & Felix omine nomen erit.

In obitum Sereniff. Infan.

Catherinæ Austriacæ.

CAROLVS EMMANVEL

Anagrammatismus.

ERAM LVNA CVM SOLE.

Quò sine me Coniux abijisti, Carole; longè?
Qui sine te Coniux viuere cara queat?
Tecu semper ERAM CVM SOLE VT LVNA, tuuq;
Nabat

Nabat in hoc nostro corporis orbe iubar.
 Ast mi Phœbe lates? cur me non respicis? eheu
 Carole, deficio. Sic ait, & perijt.
 Carole, nunc quid ages? Lunæ carissima Coniux
 Deficit haud impar. Carole nunc quid ages?
 Carole ne quid agas; moriens quæ desijt esse
 Luna Solo, nitidus Sol erit vsque Polo.

Resp. Sereniff. Car. Emm. ad Sereniff.
 Inf. Coniugem Cariff.

CAROLVS EMMANVEL

Anagrammatismus.

ERAM SOL CVM LVNA.

CV M LVNA SOL semper ERAM, totumque per
 orbem
 Lucebat nostrum nocte, dieq; iubar.
 Vidit, & inuidit Cœli duo lumina terris
 Iuppiter, & Lunæ sustulit inde decus.
 Iuppiter ecquid agis? tellus sine lumine tanto
 Queis flebit lacrymis? Iuppiter ecquid agis?
 Iuppiter est, quod agas; binos das fulgere Soles
 Alterum apud terras, alterum apud Superos.

Ad eundem.

Emblema.

COnatur, Martesque suis pro viribus alta
 Tecta columbarum tentat adire vaser.
 Audaces ast ruta aditus tardatque vetatque.

Ne

Ne rabido placidas dente cruentet aues.
Christicolam oppugnare audet, frenditque fremitus;
Hæreticus, sacram rodere vultque Fidem.
Carole tu tamen es, tumidum qui proteris hostem,
Tu tibi qui seruas te, Fidei; Fidem.

Ad eundem.

Quid dubitas sterili committere grandia campo
Semina? mollitum quid vetat esse Solum?
Ne dubites. Carli totumque fama per orbem
Creuit, hic in nostro nec sterilescet agro.
Defuerit cultor? Sed cultor Carolus ipse est.
Defuerint vndæ? proxima sed Sefia est.

Aliud in idem.

Cum vaga fama tui per totum nominis orbem
Creuerit; in nostro cur sterilescit agro?
Scilicet hoc vitium est agri; meliora sequentur,
Ut sit fertilior Sefia forte dabit.

Aliud in idem.

Nil dedimus sterilescit ager; tunc magna dabuntur
Proxima cum sterilem lymphæ rigabit agrum.

Ad eundem.

Dum visit templum Deip. Virg. In Monte Regali Collegiumque erigit studiorum.

Nomine quo potius tollam te, Carole, tantis
Cum tua tot certent nomina nominibus?

Es Dux, es Princeps, Alpes te Principe gaudent,
 Te Duce, quæ præceps voluit aquas Rhodanus.
 Tu decus Italiæ, tu lux, tu gloria nostri
 Orbis, & incolumis te Duce victor erit.
 Te Pallas docuit, docuit cum Pallade Mauors,
 Illa suum credit, credit & iste suum.
 Multiplici quamuis te tollere nomine possim,
 Non ingrata tibi nomina Patris erunt.

Aliud in idem.

Iam Phœbi renouatur amor, iam prisca vetustas
 Surgit, & ætherium tollit ad alstra caput.
 Musarumque chori gaudent Pæana canentes,
 Cum veteres cernant iam rediisse dies.
 Nullum manus opus: possessio consona Musis
 Nulla magis: gaudent has habitare domos.
 Namque fore illustres ista de Sede Nepotes
 Sperant, & generi præmia multa suo.
 Magna mouent Musæ: possint vt maxima; vires
 Exprime virgo tuas, Carole pande tuas.

Aliud in idem.

TE decus huc rapuit, te gloria Virginis olim,
 Huc te iterum noster, Carole, traxit amor.
 Huc te traxit amor: sed quamuis gloria dispar,
 Par matrem, natos visere parque fuit.

Ad eundem.

ME quocunq; feram, quacunq; in parte reuoluã
 Me premit insolita luxq; decorque tuus.

Si

Si memorare pios placeat, pietate secundus

Nulli es; si fortes, fortior ipse preis.

Seu certare manu, seu dogmata voluere mente,

Aterutra nunquam cerneris arte minor.

Ergo quid annumerē reliquos? celebrare quid instem?

Carminis omne genus vincis, & omne Ducum.

Ad Eundem.

IAm veterum sanxit meritò sententia quondam,
Cederet vt doctæ Martia turba togæ.

Ast nunc haud facile est in te discernere, Princeps,
Palladis ars palmam, Martis an arma ferant.

Quò tamen hoc magis incertum est, est certius armis
Longè te reliquos vincere, & ingenio.

In eiusdem Stemma.

ENsonipes, rectusque Leo, Crux, atq; Coronæ,
Certa hæc virtutis sunt monumenta tuæ.

Subiectis parcit Leo, debellatq; superbos,
Impavidus medium fertur in agmen equus.

Mercedem tribuit benefactis iusta Corona,

Vera Fides præfert signa decora Crucis.

Tu quoque nouisti pro crimine postere pœnas,

Virtuti, & pariter præmia digna dare.

De primis elatos, veniam das sæpe roganti,

Cum tamen errati penitus vides.

Tu fortis simul, & prudens modò ferris in hostes

Et modò per belli cuncta pericla ruis.

Et facis hæc quod amore ardes Fideiq; Crucisque

Ergo Stemma tuum talia signa decent.

Ad eundem dum Collegium erigit.

Dum Pietatis amor Doctrinæ certat amori,
 Non nisi belligero sub Duce fœdus habet.
 Nam decertantem fertur complexus utrum-
 que
 Dum meliore nouos erigit arte locos.

Ad eundem similem factum Lauro.

Sæpius ingentes strauerunt fulgura quercus,
 Sæpeq; piniferos diripuere locos.
 Sæpius excelsas æquarunt littore turres,
 Et Capitolinus fulmina sensit Apex.
 Ast ego cum multos feriunt reboantia nimbos,
 Fulgore eniteo, fulmine non pereo.

Ad eundem.

Quid conor dignas, Princeps, tibi reddere
 laudes,
 Laudibus his semper, Carole, maior eris.
 Namque, ut nulla valent lucem addere lumina Phe-
 bo,
 Sic tua carminibus crescere fama nequit.
 Hæc demū est tua laus, Dux inclyte, maxima, quod te
 Carmina concelebrant plurima, nulla satis.

*In Gebbennenses Hæreticos carentes lignis,
Et obsidione cinctos à Carolo.*

D Eficiunt ligna, hanc sed iam deponite curam,
Namq; pyram accensam Carolus igne parat.

*Ad Iul. Cæs. Ricardum Nunc. Apost.
Apud Serenifs. Sab. Ducem.*

M Ittitur irato pacem dans Iris Olympo,
Mitteris & Cæsar; Nuncie pacis aue.
Solis in occasu maior tunc visitur Iris,
Pacis in occasu Nuncie pacis ades.
Pulcra nitet varijs decorata coloribus Iris,
Pulcrior at multò Nuncie pacis ades.
Irim amat Agricola, & pacem sibi credit adesse;
Nuncie te colimus, Nuncie pacis aue.

Ad eundem.

N Auta per exiguo verrit magna equora lintre,
Cum furit irati vasta procella maris.
Ah perij ignarus fortunæ nauta secundæ
Cæsaris, ah perij, pallidus ore gemit.
Ne dubites, Cæsar dixit, dare carbasa vento,
Ecquis in Augusti surgere fata queat?
Ergo tuam Musa haud timeas vrgere carinam;
Cæsar hic est melior, qui meliora dabit.

In Aduentum Cardinalis Aquaiuia.

Riuulus exigua pelago se distrahit vnda,
 Sed rediens largo flumine voluit aquas.
 Quot tecum tum Aquaiuia trahes, quos la-
 ueris vnda
 Ipse tua, quando patria regna petes?

Ad eundem.

Purima nos recreat foecundi fontis imago,
 Quæ gelidam gelido tēpore fundit aquam.
 Hinc cōtra accensas iaculatur purpura flāmas,
 Et nostra insolita pectora luce ferit.
 Ne vexata malis succumbat vira duobus,
 Temperet ista hiemem, temperet illa faces.

Ad eundem.

Avreus en nobis viux fons exilit vndæ,
 Irrigat & nostrum largior imbres Splum.
 Currite iam dulces sitiētes currite ad vndas;
 Dulcia vina iacent, quando Aquaiuia fluit.

Ad eundem.

Res mira ingētes vaga limpha perābulat vtbes,
 Festis illam omnes plausibus excipiunt.
 Scilicet haud tales descendūt nubib⁹ imbres,
 Sic quoque si prōsint, excipiuntur aquæ.

Ad eundem.

D Vm tibi Roma inhiat, Voltscorū p̄gis ad oras,
 O patrij Princeps gloria rara Soli;
 Sidere sub rigido maus, cur viuere vitam,
 Quam Romæ lætos continuare dies?
 Auguror, haud animi poterat tua maxima virtus
 Exiguæ arctari finibus Italiae.

*Ad Ioan. Castruciam Episcop. Mont. Reg.
 De illius in signi.*

S Ensit vt ætherias sætus. Maxentius iras,
 Vidit & inuictæ gemmea signa Crucis;
 Occidimus nisi fraude rei succurtimus, inquit:
 Sit dolus, an virtus ecquis in hoste petat?
 Viribus ast nullis, nullis nec fraudibus vsus:
 Crux vna, infractam vimque dolumque domat!
 Tale tuo infrendens capiti, dignissime Præsul,
 Dum parat igniuomæ Rex Phlegetontis aquæ,
 Et venit, & fugitat: redit, & fugit vsque gemendo,
 Nil pugnare iuuat, nil simulare iuuat.
 Nimirum tua signa videns pauitatq; fugitque
 Crux tua signa notat, Crux tua signa tegit!
 Quin etiam lituo iunguntur nomina Christi,
 Cum gestes Labarum, quis nocuisse queat?

Aliud in idem.

L Ilia cur geminis nectuntur blanda columnis,
 Amplexuq; pari Crux sociata nitet?

Can-

Candidus es, fortisq; simul Populoque tibi;
 Candidus obsequio, fortis in imperio.
 Lilia candorem referunt, viresq; columna;
 Cruxq; Fidem, media qua sociantur ope.
 Crede tuum crescens Academia sentit amorem,
 Sentiet, & vires iam pede firma tuas.
 Hoc tamen & quod agis, pietas Crucis occupat omne,
 Fortis es vsque Cruce, candidus vsque Cruce.

Aliud in idem.

NE ruat ista domus, geminae sunt fulcra colunae;
 Non prius illa cadet, quam prius ista cadent.

*Ad Aimonem Crauetam**Sodalitij Praef.*

Mons tibi Parnassus, Christus, Fons, gratia;
 Musae
 Sinto Crauetta praeces; Silva, Sodalitium.
 Aonij nemoris Pastores sinto Sodales;
 In medio ut Phoebus, Aimo Crauetta, sedes.

*Ad Amistatum, & Reinaldum**Sodalitij Afsist.*

S Ignat Amistati generosum Stemma Leonem,
 Tu Reinalde tuum Stemma Leone notas.
 Plaude Crauetta, omnes felices este Sodales,
 Tutantur vestras ora Leonis opes.

Ad

Ad Montem Regalem.

Nomina fecerunt extructa palatia Monti
Regia, perpetuis quæ iacuere malis.
Nomina nunc faciant, donat quæ munera
Virgo;
Nec dubites Montem dicere Parthenium.

Ad Eundem.

MONS REGALIS

Anagrammatismi.

GENS MORALIS.

GENS AMORIS.

Dum tibi compositi præscribunt omnia mores,
Indeq; pacificam dum facis esse domum.
Deum positus prudens moderaris legibus urbe,
GENS bene MORALIS crederis esse mihi.
Ast dum tecta locas pietati, & templa recondis,
Quæ MORALIS eras GENS, modo AMORIS eris.

De Collegio Soc. Iesu nuper erecto

In Monte Regali.

DVx, Ciues, Virgo; palatia, munera, census;
Christo, Phœbo, Inopi; dat, posuere, parat.

*De B. & Deip. Virg. Imagine que colitur in
Monte Regali ad Vicum.*

AE N I G M A.

Dic ubi largifluum Vallis tenet infima fontem,
Quem bibit excelsi Montis anhelus Apex?

*Aenigmatis solutio prima
Aenigmatica.*

IBis præpropere passu festinus ad Urbem,
Quam primam inuenies, carpito deinde viam.
Atque perantiqui caput ecce videbis Iuli,
Qui dedit Albano nomina clara Duci.
Huc ubi; ne sistas, glomeres per compita gressus,
Luna tibi donec dimidiata nitet.
Post biuium tripodem spectabis; consule scriptum
Phæbadis, & lateat Fons ubi, scripta docent.

Solutio Altera.

NEptuni hastile, & galeã, quam gestat Amazon,
Indue, ne rabido te canis ore voret.
Omnia dein parvæ suspendas arma columnæ,
Te maneant postquam nulla pericla canis.
Protinus heu mæsta ferieris voce gementis,
Hanc audi, nam Fons qui foret, illa docet.

Solutio Tertia.

Longius extendas Neptuni regna minacis,
Et subito excelsū nomina Fontis erunt.

Ad Ioannem Caciatores qui Taurino nil scribit.

Nvm Taurus mugire nequit? tandem iniice prunas;
Scribo non scribis; scribere quotquot habes?

Ad Montem Regalem.

Regius antiquo Mons es cognomine dictus,
Vix tamen hoc tanto nomine dignus eras.
Ast te cum tanto virgo dignetur honore,
Nomina iam meritis quærimus apta tuis.

Ad eundem.

*Dum frustra fontem effodit, templumq;
Deip. Virg. erigit.*

Mons fontē quærit, Monti fons denegat vndas,
Et Regale forum iam sine fonte sitit.
Nicitur ingenijs multorum, nicitur auro.
Effodit, ast nullis fons aperitur aquis.
Quid? fons nullus erit? cur viuida lympha negatur?
Id fit, vt hanc habeas, quæ meliora dabit.

LIBRI PRIMI FINIS.

PHYSICS 551 - QUANTUM MECHANICS

LECTURE 10: ANGULAR MOMENTUM

Angular momentum is a conserved quantity in systems with rotational symmetry.

The angular momentum operator is defined as

$$\mathbf{L} = \mathbf{r} \times \mathbf{p}$$

The components of angular momentum satisfy the commutation relations

$$[L_x, L_y] = i\hbar L_z$$

$$[L_y, L_z] = i\hbar L_x$$

$$[L_z, L_x] = i\hbar L_y$$

PROBLEMS

I G N A T I I
A L B A N I
M E R A T E N S I S

Epigrammatum,

LIBER SECVNDVS.

I A C O B O M A I N O L D O
Regio Consiliario, & I. C. Præstantis.

Sind



Grifon


M E D I O L A N I,

Apud Hieronymum Bordonum, & Petrum Martyrem Locarnum socios. M. DCII.

112
11
11


THE
HISTORICAL
SOCIETY

AMERICAN
SOCIETY



AMERICAN

AMERICAN SOCIETY



I A C O B O M A Y N O L D O

REGIO CONSILIARIO,
& I. C. Præstantifs.



*H*abebam in manibus Epigrammatum
meorum librum alterum in lucem
edendum, cum ad consuetudinem, &
amicitiam me contuli Iulij Turriani
I. C. honesti in primis viri ac clarissimi, qui cum
multa mihi de te in quotidianis nostris sermonibus
eaque præclara, & laude digna semper prædica-
bat, tum illud præcipuè dignum te esse inter cete-
ros ætatis nostræ viros eruditos, cui liber hic, qua-
lisunque sit dicaretur; Quare tum eiusdem Tur-
riani verbis, tum rumore nuncio de tua scientia
& virtute humaniorumq; litterarum peritia, cu-
ius quidem non vulgaria extant monumenta, satis
mihi factum iri putavi, si te auspice hæc mea car-
mina in lucem prodirent, tanti viri præsidio, &
tutela munita. Quare hilari animo munus hoc
accipias, si tamen munus est, meque etiam atque
etiam

etiam complectare studiosissimum tui, & obser-
uantissimum; Quod si feceris in animum indu-
cam meum fore futurum aliquando, ut iactis aliè
in te uno fundamentis, ducam alius, & erigam
ingenij mei vires, & facultatem. Vale.

Deditissimus tibi

Ignatius Albanus.

IGNATI
ALBANI
MERATENSIS

Epigrammatum.

LIBER SECVNDVS.

In obitum Philippi II. Regis Hispan.

Ad Philippum III. Regem
Hispan.

V Num crediderat, binos tamen ecce Phi-
lippos
Iuppiter in terris sensit, & intremuit.
Quippe giganteam tanto sub nomine pro-
lem

Horruit antiquis cautus ab insidijs.
Ast subito exurgens nigro impeterrita villo
Liberat hoc tanto Parca timore Iouem.
Vtq; vno inuictum certet sub Principe nomen,
Stamina maturi præsecat vngue senis.
Scilicet hoc æquum est: in Cœlis Iuppiter vnus,
Vnus & in terris cuncta, Philippe, regas?

In idem.

Ille ego sum nulli veterum ditione secundus,
 Diues auis, diues nomine, diues opum.
 Iura dedi toto diuisis orbe Brittannis,
 Meta mihi Herculei littoris arcta fuit.
 Quppe meum imperium Brasilia sensit, & Indus,
 Et Cafer, & nigro Sole perustus Arabs
 Quà tollunt, quà flammium caput astra recondunt
 Quà flagrat Titan, quà rigat ora gelu.
 Ille ego sum. Quid sum dixi? iam dicere fas est,
 Ille fui; secum mors fera cuncta tulit.
 Ille fui, nec enim video quid adesse priorum;
 Hoc vnum est, cultor Religionis eram.

*In obitum Augustini Cusani S. R. E.
 Cardinalis.*

Inuida Mors quid agis? Cusanum demetis audax?
 Nescia purpureæ parcere iniqua togæ?
 Demere: Cusano est moriendi sana cupido,
 Aetheria est animus viuere posse domo.
 Mors petit; ast nusquam scandentem flebimus astra,
 Mors id moris habet, Mens id honoris amat.

In idem.

Fama obijisse refert Cusanum; ast fallitur illa;
 Cusanum pietas viuere vbiq; refert.

In

In idem.

H Vc age quisquis ades venturi oblite sepulcri,
 Aspice, & exemplo viuere disce meo.
 Me vidit mea Roma diu fulgente coruscum
 Murice, quid maius fors quoque certa dare.
 Ad patrias redeo longo post tempore sedes,
 Speraui heu vires hoc renouare modo.
 Dum mihi magnificos insubria tota paratus
 Extruit, & quiuis certat habere suum;
 Ah miserum, subitò dolor ima allapsus ad ossa
 Pungit, & insomnem nocte, dieq; tenet.
 Nec cedit donec nimia vi corpore pulsus
 Spiritus incertas deficit inter opes.
 Quid sibi non voluit Mors importuna licere?
 Dum vitam quæro, funera repperio.

*Ad P. Vagnonam Superiorem nuper
 Creatum.*

Q Vi stat ab alteri⁹ nutu, domat Hercule maior
 Hydram; tantū opus est iussa aliena sequi.
 Imperijs, vt placide, est labor alter Atlantis,
 Qui proprio impositum sustinet orbem humero.
 Non Alcide minor, Vagnone, es; maior Atlante,
 Iam domuisti Hydram, nunc gemis orbe grauis.
 Orbe gemis grauior, leuiores risimus orbe,
 Quippe tuum pondus pondera nostra leuat.
 Ingrata & prohibes, iucunda & præcipis vltro.
 Seu das, siue negas, gratia semper inest.

O me utinam æternùm exciperēt tua iura precātem ,
 Tam bene quando audis, tam bene quando iubes.

Ad Io. Baptistam Applanum locus.

Perbellè veni, discessi sed mage bellè.
 Vade, manebis, ait: Vade, redibis, ait.
 Iui, nec mansi, sed nec rediturus abiui.
 O utinam optatus posset inesse iocus.

In Buccium male ludentem.

Cvm bene directum certo meditatus in orbem
 Iactu indis globulum, Buccie, nemo probat.
 Ast malè cum iacias, quam bellè dirigit, aiunt.
 Buccie, si bene vis ludere, lude malè.

Aenigma de Echo.

Svm, non sum; ipse loquor, loquor & dū, nescio fari
 Non sum diuinus, nam nihil esse feror.

Ad amicum.

Nisus ut Eurialo; Pylades ut amicus Orestis;
 Ut Theseus quondam Pirithooq; fuit.
 Sic ego perpetuo tibi federe iungar amoris,
 Tuq; mihi æterno federe iunctus eris.
 Mors nisi falce fera nostrum præcidet amorem,
 Omnia nam rapidis vnguib; illa trahit,

Sed

Sed fallor nostrum nec Mors turbabit amorem,
Dumque Polo stabunt sidera, stabit amor.
Mors equidem nostra perfringet stamina vitae:
Vineula non soluet, nos quibus arctat amor.

Ad N. Viperam.

Hunc dum venturum clamarēt omnia patrē,
Venit; Sed clamant mater vt esse velit.
Tristia sed tanti cognominis horreo fata,
Vipera namque perit; Vipera quando parit.
Ergone dum famæ, & nobis nos parturic ipsi,
Debet vipereo Vipera more mori?
Haud equidem faciam nostro moriatur amore,
Non est in casto corpore tanta lues.
Vi parit, atque perit crudeli Vipera morfu,
Tu vivens parias Vipera viuipera.

Ad Antonium Carcaffolam.

De Parentis cæde, domesticæq; supellectilis
Direptione.

Fur infestat opes: Patrē Mors: Hostis Honorem.
Sunt sed opes: Genitor viuit: & extat Honor.
Fur ruit his opibus: Patris mors afferet atram
Mortem illi, iniūsus cui fuit altus Honor.
Furem igitur gaude extinctum; super astra Parentem
Viucere, cui felix iam dedit omen Honor.

In Poncinum.

Ignotum irridet, ridet Poncinus amicum ;
 Agrestes ludit, ludit & ingenuos .
 Ludere cum soleat, morbo correptus, & atra
 Depressus toto corpore membra feбри,
 Ludere vult Mortem ; Mors illum occidit, & inquit.
 I nunc, disce meos ludere velle iocos .

Ad Iulium Turrianum I. C. praestantiss.

Mars atavis, tibi clara dedit cognomina Pallas .
 Ergo atavus tibi sic cedat, vt arma togæ .

In indulgentem vino.

Crediderim summo prolapsū ex æthere Bacchū
 Fregisse ad duram candida ctura petram ;
 Vulnere sollicitum sparsere per ora pudorem ,
 Nec fractos audet tollere in astra pedes ;
 Hinc se subducens sibi sacris conditur vuis,
 Decidua & subito robore vitis eger .
 Quppe Deus claudus non firmas efficit uvas ,
 Compatiensq; meo sis, ait, vua malo .
 Ergo caue Deus iste tuos haud compleat artus ,
 Ne te condemnet robore deciduum .

*Ad Io. Petrum Fidelem causas
 agentem peritiss.*

Non est qui causis te vincere possit agendis ;
 Petre, tibi vt credam posse nec esse parem .

Omnia nam peragis duplici ratione Fidelis,
 Hinc cognomen habes, hinc tua facta nitent.
 Dij faciant vias plures quam Nestoris annis,
 Ut nostram causam tam bene semper agas.

Michaelis Turriani

De Adolescente meretricem fugiente.

Formosum iuuenem meretrix pervertere tentat,
 Cautus at impuro victor ab hoste fugit,
 O te pugnando qualem sperabo futurum,
 Macte puer, tantum si fugiendo potes?

Eiusdem.

*Ad Iacobum Maynoldum Consigl. Reg. &
 I. C. Praestantiss.*

Cum satis humanis studijs fecisse viderer,
 Et cuperem Musa iam grauiore frui.
 Talia saepe Parens solitus mihi dicta referre,
 Respice Mainoldum, quo duce fac, quod agis.
 Legibus is iungit studium nexusque Poësis,
 Historicos-plausus, Rhetoricosq; modos.
 Is potuit superare pares, ipsumque Parentem;
 Nec vereare tuum me superare patrem.
 Hinc me collegi iuuenem, Musisque dicaui
 Humanis, operam legibus inde parans.
 Vnum igitur te respicio Mainolde studentem,
 Hoc reliquum est, ut me tu quoque respicias.

Eius-

*Eiusdem.**In Amantis Somnium ex Guatino.*

Lumina clara mihi tantorum causa malorum,
 Quæ me per somnum sæpe perire vident.
 Ne iaciant, precor, obtutus crudelia toruos;
 Si clausa occidunt, ecquid aperta dabunt?

Auctoris in idem.

Per somnum periisse vides crudelis Amantem,
 Excita cum fueris hunc superesse doles.
 Instrumenta necis, ne viuam, lumina torques;
 Hinc procul ista fero lumine vita fugit.
 Quò fugiam miser? extinctum si lumina cernunt
 Clausa, ferunt atram si mihi aperta necem?

In idem.

Heu nostræ infelix oculorum numen Amantis,
 Occido si claudo, siq; aperit morior.

*Ad Meratenses**In restaurationem sacri Templi.*

Vidimus obscurum micuisse per aera fulmen,
 Vidimus horrifono prata fragore quati.
 Omnis fertilium languebat copia frugum
 Fructibus obstabant grando, pruina calor.
 Nunc lætæ lætè compleverunt horrea fruges,
 Vva grauis musto frangitur ista pede.

Ergo

Ergo Deo pax est; pacem seruate fideles;
Et date pro propria quod petit ipse domo.

*Ad Marg. Austr. Hiss. Regin. cum cœnabit: Virg.
domum uiseret.*

P A X.

PAx ego sum, tu pacis honoy. mea iura cruento
Orbe aberant longè, tu propiora facis.
Ingredere, & tãto tibi sic pro manere manus,
Quæ pacem reuocas oscula pacis habe.

T E M P E R A N T I A.

Temperies habitare solet, quò tendis; at istum
Fam sine me poteras ipsa habitare locum.
Quippe tuas, nec enim possum; non tempero
laudes,
Quin ferat has celeri Fama per astra gradu.

I N D U S T R I A.

HVC; ubi acu pingo, cassesq; Industria texo,
Margaris intrasti non bene cauta pede?
Margaris implicita es, quamuisq; videbere
habere,
Semper eris nostris cassibus implicita:

I V S T I T I A.

MArgaris; intranti tibi Pax dedit oscula pacis,
Te domus est dominam falsa videre suã.

E Æquum

Æquum est æternis tribuat tibi quisquis honores,
 Quæ mare, quæ terras nomine, & ore beas.

EVROPA.

Sive situ minor est, opibus seu maior & arte
 Europa in proprio vult te habitare sinu.

Eadem.

Aeros, atq; Asiam domui, meum America sensit
 Imperium; Dominam te modò habebo meâ.

AFRICA.

Africa iam non sum; me barbarus occupat horror
 Africa si qua ego sum, debita dona cape.

Eadem.

Scipiadis quantum, Annibali quatu Africa nomen
 Iam dedit, in tantum te vocat imperium.

ASIA.

Non habet illa, vale; quod dat lacerata tyrannis
 Asia, at imperio gestit habere tuo.

Eadem.

Pars duplicem in partē quæ diuidor Asia, manus
 Quod do, pro duplici munere munus erit.

AME-

AMERICA.

Vltima pars fero munus America; prima fuisset,
Si partem Vrbs Orbis nosset in Orbe meam.

Eadem.

Vltima dona fero, quæ quantū America possim,
Serò alijs patitur; fat citò ibere tibi.

Eadem.

Vltima ne spernas munus quod America mittit,
Partibus è cunctis vltima, prima tibi est.

Ad Porratam.

Vix tua palladio maduerunt ora liquore,
Cū subito exhaustam credis abesse sitim.
Falleris, & viuum (possit quis credere?) fontē
Quò magis inde hauris, hoc magis inde sitis.

Audit id Pallas, facili mox talia risu

Edidit, albenti nabat in ore decor.

Insta alijs calamos; quid si tibi garrula tantum,
Quod vaga lympha negat, tibia tollat onus?

Inuitatio ad Aenigma.

Quid? legum Orator factus? quid pergis abire?
Non ego te turpes damno subire scyphos.

De litteris Aenigma.

ME Cancër, vëtusq; fouet, sanguisq; Medusæ,
 Meque Cicadarum nobilis ortus alit:
 Ne moriar sunt tela mihi stillantia tabo,
 Aeraque Lampyridem quæ laqueata cient.

De Epigrammate oblato.

PArua fero, fateor, sed me totum accipis isto
 Munere; si totum, cur dare magna negem?

De Decisionibus Barnabæ Cornazzanij.

Vuidua mirifico virtus certabat Honori,
 Hic sibi prima cupit, querit & illa sibi.
 Hic furit, illa furit, nequeunt nã sedere iungi,
 Tu tamen æternum iungere fœdus habes.
 Dumque nimis rapidas tentas decidere lites,
 Hæc tua dicta refert, ille sed acta probat.

Io. Caciatoris ad Ignatium Albanum.

Nescit amor longas operû pretendere causas,
 Impatiensq; moræ scribere nescit amor.
 Scribere poscit amor, sed scribere Musa re-
 cufat,

Nec mea cum verno tempore Musa venit.

Quid faciam? saltem mittam tibi carmen amoris,

Ah quæ vellent amor, scribere nescit amor.

Scribere cesset amor, si mentem scribere nescit,

Forte tuus norit, quæ meus optet amor.

Respon.

Respon. ad lo. Caciatores.

Vix me⁹ ambit amor vestigia noscere amoris,
Cum tuus in nostro corde resedit amor.
Hic tuus ardet amor nostrū cōponere; noster
Scireque gestit amor, quæ tuus ardet amor.
Hic tacet, ille tacet: cupit hic, cupit ille salutem
Dicere; sed neuter dicit, & ardet vter.
Vivam nimis duplici; nullo morieris amore,
Nulla mihi fuerit vita, nec vlla tibi.
Siccine scilicet amor? faciam vivamus; amorem
Sive tuum reuoces, excipe siue meum.

Ad Bottum.

Omnibus est maior, credo, Micconus; at vno
Dum tu illum oppugnans dicitur esse minor.

*Ad P. Visitatore[m] Romæ Genuam
proficiscentem.*

Visere fortè venis? magnū vise Amphitheatrū,
Et quæ Roma tibi fert monumenta, vide.
Ast libet agrestem Ligurum cognoscere se-
dem,
Pulcius id multis sit tibi; vise mare.
Sin meliora cupis, nostrumque attingere limen,
Vise nouum, antiquis qui fuit ante, locum.
Visere quæris adhuc? visas, tibi corda patescunt;
Quod si non satis est visere, vise Deum.

De vera Iustitia.

Quæ Dea? Iustitia, & cur toruo lumine? flecti
Nescia sum lacrymis, nec prece, nec pre-
tio.

Quod genus? A superis. Genitor quæ? Iuppiter. Ex qua
Matre? Fide. Nutrixquæ tua? Pauperies.

Quis gremio infantem fovit? Prudentia. Quonam
Freta duce agnoscis crimina? Iudicio.

Cur gladium tuæ dextra gerit, cur læua bilancem?
Ponderat hæc causas, percutit ille reos.

Quid rari assistunt? quod copia rara bonorum est.
Quæ comes assidua est? candida simplicitas.

Aurium aperta tibi cur altera, & altera clausa est?
Hæc surda iniustis, panditur illa bonis.

Paupere cur semper cultu? Iustissimus esse
Qui cupit, exiguas semper habebit opes.

De falsa Iustitia.

Quæ tu? Iustitia. Et cur blando lumine? flecti
ctor

Procius ante omnes non prece, sed pretio.
Quod genus? A terris. Quo patre? Dolo. Unde creata?
Ex spe. Quæ nutrix? Aurea materies.

Quis gremio infantem te fovit? Opinio famæ.
Quomodo agnoscis crimina? Muneribus.

Cur dextra gladium gestas, lancemque sinistra?
Hæc peragit causam diuitis ille inopis.

Quid multi assistunt? citat hic, tenet hic, ligat alter.
Quæ comes? Argenti candida simplicitas.

Alc-

Alter a clausa tibi cur auris, & altera aperta est.

Hæc patet iniustis, clauditur illa bonis.

Diuite cur habitù? semper manus aggregat aurum,

Si nequit vnde velit, furripit vnde potest.

Ad Io. Caciatores.

SI tibi non notos peperit mea charta labores,

Parce, ferat cunctos officiosus amor.

Sollicitavit amor, sed amor tibi subtrahat æstus.

Sollicitans amor est; est amor innocuus.

Ad eundem.

Sic? corda rapis: rapere heu quam dulce: quid-
inde,

Dum rapis, extorques: Ah rapis, vt rapiam.

Corde tuo viuam t' viuam, si viuere fas est;

Si que nouo liceat viuere posse modo.

Cor sine corde rapis; mihi cor sine corde remittis;

Inter hæc tantantes feruere gestit amor.

De Mattheo Senarega Gen. Duce.

M A T T H Æ V S S E N A R E G A

Anagrammatismus.

A H G E N V A S A T S E R A M E.

Pvblicolas tu Roma canis, tu Roma Metellos

AH GENVA AH SAT SERA ME.

Aspicias tu uisis Honor, uisique Corinnas,

Ah Genua, ah sat sera me.

Est

Est pietas nulli, nulli doctrina secunda.

Ah Genna, ah sat sera me.

Sera minus; serò seq̄ ieris si sera sedentem.

Ah Genua me habes? Sat cita.

De Matthæo Riparola Episc. & Matth. Senar.

Duce Gen.

D Vm duo Matthæi certant potioribus urbem.
Afficere officijs; fertur vterq̄; bonus.
Dumq̄; hos vrbs merita statuit donare co-
rona,

Debetur, dubium est, cui prius imperium.

Ne dubites; simili æternatur munere vterq̄;

Ille Polum curat, temperat ille solum.

Ad puerum Spinulam.

P Aruule cresce puer puerum comitare Minerua;
Spinula paruus ades, Spinula magnus ades.

Ad eundem.

A Onia in Silua Musæ te condere quærunt;
Spinula ni lateas; Spinula nullus eris.

Ad Iulianum Bottum.

A N vincas dubiũ est; sed vincens An tibi tollas;
Victor vt antiquus Iulius alter eris.

Ad

Ad Iodocum.

I Mea Musa, nouo polias tibi putrice frontes,
 Urbemq; uise Appollinis.
 Et cui pendentes pulsant vaga terga pharetræ,
 Si forsan inuenies, adi.
 Siq; sagittifero fuerit de nomine dictus,
 Saluta eum: IODOCVS est.

*In Purpuraturno.**Retrogradum.*

Mens tua, non tua fors, animus, non purpura
 tanto
 Scribere me versus hos facit ingenio,
 Te colo, non colo res; famam, non aurea quero
 Munera, dant magni quæ tibi Cœlicolæ.

Retrogradum est.

Ingenio facit hos versus me scribere tanto
 Purpura, non animus; fors tua, non tua mens.
 Cœlicolæ tibi quæ magni dant munera quero
 Aurea, non famam, res colo, non colo te.

*In Campanam nuper constructam paulloq;
 post perfractam.*

Inq; eius artificem ipso in opere conficiendo mente
 captum.

Deuoluunt, igniq; imponunt immane metalli
 Pondus, & hinc magnum tollitur artis opus.

Tormentum diductum, ingens; quod turris ab alto
 Horrendum reboans fulmina summa ciet.
 Vidit, & invidit laudatam ponderis artem
 Natura, & mentem contudit artifici.
 Ars irata, suus quod sic illudicitur hospes,
 Tam magnum in tanto comprimit ære sonum.
 I nunc disce tuis, quædas, Natura metallis
 Velle meum impunè comprimere artificem.

Ad Carolum Borgiam Ducem Gandie.

Neptunus fremeret licet implacabilis vndis,
 Iactaretq; leues per freta sæua rates.
 Arcebat tamen Eure tuas e littore Taurus
 Vires, & nautis æquora tuta dabat.
 Sistere vis dicto citius tumida æquora, Princeps,
 Cum dabis Hispanis candida vela Notis.
 Effert stemma tuum; Taurus ter mugiat vndis,
 Arbiter vndarum sentiat, ira cadet.

Ad eundem.

Borgia cum referat præclarum in stemmate
 Taurum;
 Iuppiter exclamat; Tu mea signa refers!
 Linque audax Princeps, quæras tibi stemmata; Taurus
 Non tibi, sed soli conuenit esse Deo.
 Quid clamas? tuus Europam per cæcula duxit,
 At meus innumeros Taurus in astra tulit.
 Taurum cum tauro confer, cum stemmate stemmas
 Par onus ut tulerint; altius iste tulit.

Ad

Ad eundem.

Q Vos cupio videor præsentis cernere vultus
Francisci, cum te Carole conspicio.
Carole, Francisci si vis mihi tollere vultus,
Tolle tuos; si vis reddere, redde tuos.

Ad eundem.

IN Cœlis taurum præsci posuere parentes,
Hinc potes augurium noscere, Carle, tuum.

Ad eundem.

Fortè Ducè quereris iuvenè tibi ponere leges,
Atq; senis malles Principis imperium?
Quid si bella ruant? Robur iuvenile, vigorq;
Bella regunt, canum Pax cupit vna Duce[m].
Vtraq; dat Carolus iuvenem, si respicis ora,
Si mentem spectas, dixeris esse senem.

Ad eundem.

DVm risu retrahit, trahitq; mentes
Alterno varians amor, pudorq;ue,
Quos par disparibus tui cupido
Aulis sollicitat; iuvat videre
Aductum occiduis ab vsq; terris
Francisco genus a parente ductum;
Quo Iæsv socij pio parente
Gaudent; verum avidos domus retardat

F 2

Obse-

Obsepta, & pudet ad Lares vocare
 Incultos, opibus Ducem superbis,
 Et late patrio inclytum decore.
 Quò se verteret, ægra vix habebat
 Mens curis: ades arbiter rogatus
 Nusquam, te recipis fide obligata
 Venturum Braidam; satis superq;
 Nostro, Carole, sic facis pudori,
 Sed gratum magis incitas amorem.

Ad eundem.

MVsa quid insolito resonas modo carmine?
 venit
 Franciscus sacrae Religionis Honor.
 Falleris; ille altis cœli migravit ad oras.
 Parcite, præfert hic ora animumq; viri.

Ad eundem.

EXpulsus regno Phœbum, & cœlestibus aruis
 Admeti tauros excoluisse ferunt.
 Dura Deo fors illa fuit; non dura fuisset,
 Pauisset taurum, si modo, Carle, tuum.
 Iste tuus taurus, quem stemmate, Carole, portas,
 Quem cuperet Phœbus pascere, dignus erat.

Ad eundem.

FRanciscusne magis, Princeps, Carolusve veteris.
 Ambigitur, magnum nomen vtrumq; reor.

In

In cunctis patris similis Franciscus haberi,
In solo Caroli nomine dissimilis.
Nomen utrumq; habeas, est cur imiteris utrinq;
Hinc potes esse Solo magnus, & inde Polo.

Ad eundem.

C Arminibus Carolū cupio celebrare; sed ecce
Frānciscum referunt carmina nostra patrē.
Frānciscum rursus mens est extollere; & ecce
Laudibus in tantis inferitur Carolus.
Hincq; nepos proauum, proauusq; referre Nepotem
Gaudet, & elusis ludit uterq; metris.
Scilicet hoc æquum est, cultus quibus vnus, & vna
Gensq; domusq; fuit, sufficit vnus honor.

Ad eundem.

S I te Pithagoras vidisset, & astra Parentis,
In te dixisset viuere Patrem iterum.
Ast ego ne fidei referam contraria, dicam
Te fore Franciscō, Carole, pene parem.

Ad eundem.

F Lebat Musa tuum se non nouisse Parentem,
Cum te respexit, vidi, ait, & tacuit.

Ad eundem Emblemata.

I Mpatidus fremit ore Leo, tumidusq; minatur,
Spumantesq; peccit fronte superbus apros

Nil timidus tentare audet, lætitarq; sub antris
 Ceruus, & occulto percipit esse loco.
 Prouidus in medio taurus fedet inter vtrumq;
 Nec nimium tumidus, nec nimium timidus.
 Non secus hanc humilem dum vis intrare sub eodem,
 Carole fortis ades, Carole mitis ades.

Ad eundem.

Vere nouo Taurus viridantibus aperit annum
 Floribus, & vario gramine vestit agros.
 Hic hieme in prima pulcrum latè explicat
 annum,
 Et Cælum, & terras Taurus honore replet.
 Par honor vtriq; est, sed dispar gloria; flores
 Elicit is solitos; elicit iste nouos.

*In obitum cuiusdam qui dicebatur scriba
 S. Lazari.*

Terra furis, ppria abstractus quia Lazarus alio
 Ablit, & orberis pignore, terra furis
 Terra quiesce, tibi nã pignora Lazarus addit,
 Et gaudet vacuum scriba subire locum.

In Grillam.

Sæpe frequentabant inopem tua dona casellam
 Grille, sed interdum non bene firma labant.
 Dumq; satis notum quærunt attingere limen,
 Limen ad ignotum non nisi forte ruunt.

Fors

Fors risit, feriensq; vagi malè prouida Grilli,
Promisit magnum, dum tulit exiguum.

*Ad Io. Franciscum Siccum Comitem
Vicomercati &c.*

Mattimonio iunctum Claræ Placentiæ.

Titanos radijs nil clarius emicat Orbi,
Quod si addas lucem, clarius extat adhuc.
Lápadé Apollineá referunt tibi stēmata clara
Complexuq; foues lumina clara tuo.
Stemmata clarus ades; iungis connubia claræ,
Quid dicam? Phœbi clarior igne micas.

*Ad M. R. Scipionem Albanum Sacr. Theol. Doct.
& Canonic. Scalensem.*

De Hieronymi Æmiliani vita ab eo scripta.

ÆMiliana domus per te decorata nitescit,
Scipio, cui verax gloria Sola placet.
Et tanti dum facta Patris, laudesq; recenset,
Ipse tibi laudem consequeris triplicem.
Sanctius hoc nihil est, scripsit nil purius vnquam;
Et potuit quisquam dicere nil breuius.

Libri Secundi finis.

1917

1. The first part of the report deals with the general situation of the country and the progress of the war.

2. The second part deals with the military situation and the progress of the war.

3. The third part deals with the political situation and the progress of the war.

4. The fourth part deals with the economic situation and the progress of the war.

5. The fifth part deals with the social situation and the progress of the war.

6. The sixth part deals with the cultural situation and the progress of the war.

7. The seventh part deals with the international situation and the progress of the war.

IGNATI
ALBANI
MERATENSIS

Epigrammatum.

LIBER TERTIVS.

*Michaeli Turriano Cui Patritio Cremonensi
Adolescenti Optimo.*



MEDIOLANI,

Apud Hieronymum Bordonum, & Petrum Marty-
rem Locarnum socios. M. DCII.

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001


117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001

117 A 1001



MICHAELI TVRRIANO

CIVI PATRITIO CREMON.
Adolescenti Optimo.



Arminum meorum librum dicaui Philippo Emman. inter Principes clarissimo, ac potentissimo; Iacobo Mainoldo alterum viro inter ceteros etatis nostrae peritissimo, ac sapientissimo; Par erat & æquum, ut & tertium deligerem, quo tertius hic liber niti sine ulla cuiusquam iniuria posset. Atque id vix animo mecum ipse perpendebam, cum mihi occurristi, MICHAEL TVRRIANE, inter Adolescentes optimus, inter Studiosos litterarum solertissimus, & inter generis nobilitate illustres clarissimus, sub cuius nomine liber hic iure posset in lucem edi, & tutus

-A. V. V.

G 2

exire;

exire; eoque libentius feci, quò te semper noui piarum, diuinarumque rerum obseruantissimum, quarum nonnullas habes hoc in volumine. Erit hoc amoris in te mei, inque Turrianam familiam obseruantie testis, argumentum beneuolentiae, summae denique, quae mihi tecum est monimentum necessitudinis, quam uelim sic tueare, ut uel facillimum sit dispicere non ingratum tibi munus accidisse. Vale.

Deditissimus tibi.

Ignatius Albanus.



I G N A T I I

A L B A N I

M E R A T E N S I S

Epigrammatum,

L I B E R T E R T I V S.

De die Natali D.N. Iesu Christi.



Embrula lacrymulis puppi conspersa re-
nellis

Antrum pauperulo continet ecce toro.

Membrula, lacrymulæ, puppus, (speluncu-
la saxis

Horrens pauperulus quid torus indit? amat.

Ad B. Virginem.



Vicrum Pactolus despumat Lydius aurum,

Pulcher & irriguis nobilis hortus aquis.

Pulcræ pellucet Erithræo in littore gemmæ,

Pulcra nitent summo sidera nocte Polo.

Pulcra

Pulcra micat claro nitidi lux Solis ab axe,
 Pulcra Damascenis & rosa vernat agris.
 Pulcrior at multò es, Virgo, & formosior omni
 Auro, horto, gemma, sidere, luce, rosa.

*Io. Ambrosij Ayroldi De SS.
 Petro, & Paulo.*

Nobile par diuùm Romano in puluere certans
 Sempiterna sui iam monumenta dedit.
 Cernis vt inuideant stellantis lumina Cœli,
 Nec tactum referant bis gemina ipsa decus.
 Vera cano; haud Cœlum Luna tam Soleq; fulget,
 Quam Petri, & Paulli Roma nitore nitet.

Auctoris De iisdem.

Prus amor nostris quos terris iunxit utrosq;
 Hic idem supera iungit in arce Poli.
 Separat hos terris Mors, at iunguntur Olympo.
 Differtur, nunquam tollitur acer amor.
 Sufficit quibus vnus amor viuentibus istis.
 Post mortem in terris sufficit vnus honor.

De iisdem.

Hos amor æterno iungebat fœdere Diuos,
 Æterniq; vnus fœdus amoris erat,
 Vnus amor geminos varia in certamina ducit.
 Vnus & in gemino pectore victor amor.

Mors

Mors fuit vna; tamen vita est diuersa, quod audax
 Sustulit hunc gladius, sustulit ille crucem.
 Vnum igitur binis, satis est, celeberrimus honorem;
 Queis fuit vnus amor, sufficit vnus honor.

In D. Thomam.

T Homā non cernens rediitui membra Tonātis,
 Dicetis hinc firmā non satis esse Fidē.
 Eheu membra nouo cernas rutilantia Sole,
 Cerne citus Christum; vulnera cerne e tus.
 Non mora: non oculis tendas vmbacula: cerne.
 Mors fuit ex oculis, vita fit ex oculis.

In Montem Christi.

S I placidam quæris noctuque diuque quietem,
 Vera quies Christus Montis in arce seder.
 Si cupis æternum nomen, famamque parare,
 Luce noua Christus Montis in arce niter.
 Si veræ sophiæ doctrinam semper anhelas,
 Discipulos Christus Montis in arce docet.
 Si fame vexaris, si agitat te turpis egestas,
 Innumeros Christus Montis in arce cibat.
 Si que tuos tentas inimicos vincere; Regem
 Tartareum Christus Montis in arce fugat.
 Si cupis ætherij sublimia scandere Cœli,
 Ad Cœlum Christo Montis ab arce via est.

In Diuum Thomam.

O Præbat viuis iterum radiantia plagis
 Membra coruscanti lumine adesse cohors.
 Dumque iterum supplex iterū suspiria tollit,
 Spargitur ad tenues vox lacrymosa Notos.
 Et quem credentes nequeunt reuocare Sodales,
 Aduocat hunc Thomæ non bene sana fides.
 O te speramus, poteris si credere qualem,
 Qui tantum nulla credulitate potes.

*In instaurationem Votorum Relig. In die Natali
 B. V. Mariæ Sub. N. Fabio Visti.*

Expertem thalami; nuru pendere paratam
 Semper ab alterius Pauperiem voueo.
 Hæc tria vota hodie mitto ferientia Cælum,
 Attamen auspicijs non nisi firma bonis.
 Virgo prius firmat; firmat Fabiusque secundum,
 Quod reliquum est ipsa Religione feram.

In diem Penthecostes Echo.

Qui sonitus, mortisque Poli? quis celsa fragore
 Verberat altifono sidera clamor? Amor.
 Ad te adit ò forsan? felix diuina supremus
 Si sua Cunctipotens munera tradit? Adit.
 Quid tibi dem veniens cœlestis parturit? Vrit.
 Curlingia e Cœlo flammea flauet? Atter.
 Turba quid? ignipotens animos dum roborat? orat.
 Quid Deus ex alto dum æthere clamat? amat.

De

De S. Catharina Virg. & Mars.

Inclaya tergeminum vicit Catharina Tyrannum,
 Hinc Mars, hinc Pallas, sequit inde Venus.
 Mars ferro fuit armato, sermone Minerva
 Arguto, illecebris que Dea nata freto est.
 Carnifices Mauors, sapientes Pallas alumnos,
 Ast Venus impurum traxit in arma Ducem.
 Dux, Venus, illecebræ, Docti, Egethymemata, Pallas,
 Mars, ferrum, atq; homines nã valuere truces.
 Nam ferrum virtute, Sophos sermone disertto,
 Et blandos vicit Virginitate dolos.
 Sic triplici triplicem referens ex hoste triumphum,
 In Cælo Martyr, Virgo, Magistra micat.

De S. Hyacinto Aenigma.

Lvcida gēma micat gemmaso inclusa monili,
 Ni puer æteria surripit arte Lacon.
 Hanc scindas mediã, detur pars altera Græco,
 Mollibus, & violis hinc redimitis abt.
 Altera Deliacis quod si pars traditur oris,
 Verberat Ortygæ labilis vmbra solum.
 At nunc si florem Monti coniungere fas est,
 Astra per ætherios scando corusca Polos.

De eodem.

Flore nouo nouus en terras flos vndiq; comit;
 Flosq; nouus stellis occupat arua suis.
 Floribus his pulcris tellus imitatur Olympum,
 Astra suis renitent, fert quoq; terra suos.

De Circumcisione D. N. Iesu Christi.

Dum rigidis natum Christū sub rupibus audis
 Magne Pater Simeō, quis tibi visus? Homo.
 Dum tenui matrē præinctā cernis amictu,
 Tunc natus Christus quis tibi visus? Homo.
 Spargerē dum cernis sacrum per membra cruorem,
 Et gemere infantem, quis tibi visus? Homo.
 Munera dum templo cernis contrita ferentem
 Iosephum, Christus quis tibi visus? Homo.
 Dum superimpti diuinis aspicias aris
 More perantiquo quis tibi visus? Homo.
 Cum tamen ætheria pectus tibi perluit aura,
 Quis tibi tunc visus, dic precor, esse? Deus.

De Epiphania D. N. Iesu.

Persæ, Arabis, Tarsū; recipit, circumspicit, ambit,
 Aurū, Thus, Myrrhā; Rex, Deus vnus, Homo.

De Capite D. Io. Baptista.

Rex iubet, vxor auet, Nata impetrat ense recindi
 Hoc Caput; & tanti est causa libidō mali.

In Peccatorem.

Lvdis, & ad multam ducis conuiuia noctem,
 Duraq; nec miserum te tua Fata premunt?
 Ah miser, interea triplici panduntur hiatu
 Tartara, nec miserum te tua Fata premunt.

Vis sapere, heu miser, æterno ne tempore flagres?
Incipe de sapere, & sic sapere incipies.

De tribus Votis Relig. Echo ad Iesum.

Quò properas signo compressus membra tu-
menti?

Menti coniungi, Dulcis amica, volo.

Quid tantos in te nostri succendit Amores?

Mores, queis multum condecorata nites.

Quo pacto ardori, diu, respondebo paterno?

Terno iam vinculo pectora iunge mihi.

Corde meo te igitur Iesu dulcissime claudio?

Laudoj, ac propterea premia magna feres.

Dic, quod erit tantum, Iesu suauissime, munus?

Vnus eris mecum, & cœlica regna petes.

Ad M. R. Scipionem Albanum Sacr. Theol. Doct.

Canonice Sculensem.

Cum hæc carmina scripsisset de Fonte Comitit
Pyrrhi Vicecom. Borr.

Ars, Fons, Pyrrhus, gloria, Phyrri, Fontis, &
votis Artis. *Hospitium est reliquum.*

Epigramma.

Fontem atque Phyrrius, varijs Ars artibus ornat,
Et Natura suas larga profudit opes.

Hoc vnum deerat complecti carmine laudes,
 Hoc peragit docto carmine sed inutile.
 Dicere adhuc cum plura queat, cur sistere mauult?
 Quod poterat dici, credidit esse minus.

*Ad Ferdinandum Notatum Ciuem
 Patritium Mediol.*

Ferdinande potens Notate gloria gentis,
 Cui peperit magnum nominis omni Honor.
 Quis Scythæ marmoreis accinctus pectora ve-
 nis
 Non timet iratum, pacificumq; colit.
 Quis niger aut Parthus, terris aut vicinus Indus,
 Quem non Fama tui nominis alta manet.
 Ferdinande potens timeat te Parthus, & Indos,
 Hæc mea laus nomen noscere, te colere.

*Ad Castum Nouatum Adalensem Ciuem Pa-
 tritium Mediol. Ducem nuper creatum
 contra Belgas.*

In Belgas dum Castis rurs; dum Martia tela
 Fulminis instar agis; dum ruber ensis atrox.
 Miratur te Belga ferox tot cordis æceruos
 Edere, quem puerum credidit esse rudem.
 Ast Hispanus amans virtutis, suspicit alte
 Os pueri, acta viri, consiliūq; senis.
 Protinus inde cohortis sub te pugnasse iubetur,
 Et valida urgentis Ducis, magna manus.

Iam

Iam si tanta potes, quantum mox, Caste, valebis?
 Credideris superis te fore penè parem.

Ad Lectorem.

Quæ sequuntur Funebra in obitum Pauli
 Honorati Casotti edita sunt aliàs me au-
 ctore in Monte Regali nomine Soda-
 lium B. Virg. in Cælum assumptæ, & dicata Fran-
 cisco Casotto per Aimonem Crauetam discipu-
 lum. Istiuc volebam, candide Lector, in Zoilum
 scires. Vale.

In obitum Pauli Honorati Casotti Adot.
 Opt. Funebria.

Quisquis Honoratum perijisse existimat, errat;
 Viue enim in supera, viuet & vsq; domo.
 Verum si viuit, Genitor cur deflet? Ho-
 norem
 Hinc abiisse suum, non abiisse doleret.

Flget Honoratus virtutis viuis Honore,
 Mors nec Honorati tristis Honore caret
 Corpus Honorati magno tumulatur Honore
 Mens in siderea splendet Honore domo.

In Cœlo in terris Mors, vita merentur Honorem,
Dignus Honoratus semper Honore frui,

III.

TE teneat mollis suspensio pondere tellus;
Et tibi florifero velet Honore Solum.
Ver placidum semper felicem vestiat vnam,
Nulla pios cineres aspera terra grauet.
Quippe, Puer, semper placuit tibi florida virtus,
Nec potes exiguum sustinuisse nefas.

IV.

Sit flendi finis Genitor, Genitrixq; modum fac
Cara tuis lacrymis. Non reuocare potes
Si reuocare licet, lacrymis dimittere habenas
Fortè fuit iustum. Non reuocare potes.
Plangis, & hic fletus nobis non proficit hilum,
Desine flere, precor. Non reuocare potes.
Quisquis natus homo est, debet concedere Fatum,
Ah Genitrix Fatum non reuocare potes
Si posset reuocare tuus me fletus in auras,
Lugerem credas fletibus ipse tuis.
Non reuocare potes, nolo reuocarier ipse,
Et non posse tuum, nolle meumq; doles :

Non vitam hanc vitam, sed triste censeo mortem,
Mors ipsa vita perpes est.
Mortis

Mortis Honoratum stringebant vincula viuum,
 His est solutus occubans.
 Vixit Honoratus; vitalem degere vitam
 Incepit; at mors mortua est.

VI.

An te Patrem moreris : sic Fama. At fallitur illa.
 Vita Patris; moritur te moriente Pater.

VII.

Vixit Honoratus; meruit, dum vixit Honorem.
 Mortuum Honoratū flens comitatur Honor.

VIII.

Lux & delictum sui Parentum,
 Nunc mæror, lacrymæ, dolor, tenebræ.
 Nomen est ab Honore mihi tributum,
 Et vixi mea quod ferebat ætas.
 Ob mores, studiumq; Honore dignus.
 Concessum est tria vix videre lustra,
 Cum Mors nec teneris pepercit annis.
 Non citam doleo fuisse mortem,
 Nec mors est cita, quæ facit beatum,
 Sed quod tam breue gaudium Parentum,
 Sim mæror, lacrymæ, & dolor perennis,

IX.

Quæ fors, Nate, tuo rapuit te sæua Parenti,
 Ut neq; præfenti soluere iusta queat :

Hæc

Hæc animæ saltē, caroq; heu mittit ocello,
 Quæ æterno sculpat marmore summa dolor.
 Nate, tibi tumulis Cœlum, sint funera laudes,
 Ne desint lacrymæ, vita Parentis erunt.

X.

P Arca ferox vix ducta colo cur stamina rūpis ?
 Nestoreos annos viuere dignus erat.
 Quos tibi, care Puer, Mors effera sustulit annos,
 Ad demus nostris, care Puer, lacrymis.

XI.

Vixit Honoratus; fallor, nam viuere certum est.
 Semper Honorati vitæ superstes Honos.

XII.

Viebat Franciscæ, tibi; sed nunc sibi viuit
 Paullus Honoratus, quem perisse putas.

XIII.

Cum terras rerum Genitor spectaret Olympo,
 Nubibus & pulsâ astra serena daret.
 Ecquis, ait, iuuenis? facies quæ nâ illa decora?
 Quisvè animus? quantum clarus in orbe nitet?
 Tunc ad Coelicolas. Iam desinat esse Cifotus
 Paullus, & ad Cœli gemmea templa volet.
 Dixit, quodq; suum Angelicę rapuere catêræ,
 Quod graue, quod nigrū est, squallida terra tenet.

XIV.

XIV.

Quærit Honoratus verū sibi semper Honorem,
Hinc volat ad superos, est vbi verus Honor.

XV.

Vivere dignus erat plures quam Nestor's an-
nos,
Non licuit tot, quot vivere dignus erat.
Quin licuit; tot quot eras nam dignus vivere, viuis:
In Cælo æternos vivere dignus eras .

XVI.

Nomen Honorati tumuli decoratur Honore,
Funere Honorati fulget Honor tumuli.

XVII.

Quæris, Honoratus cur viuat honore sepultus:
Et quæ terra tenet, iam super astra volet?
Viuit Honoratus, magno quia vixit Ho-
nore,
Mortuum Honoratum vivere poscit Honor.

XVIII.

Mors vno, & Natū & Patrem fera perculit ictu
Nato animum, Patri delicias rapuit .

I Viuere

Viuerē quos poterat Natus, mors abstulit annos;
 Abstulit, & poterat quēis Pater ipse frui.
 Nec viuet Natus, Genitor nec gaudia carpet;
 Hic erit in lacrymis, ille erit in tumulo.
 Quos vitæ eripuit, tumulo mors tradidit annos,
 Delicijs raptos attribuit lacrymis.

XIX.

Paulus Honoratus iacet hic. Vis cetera: Solum
 Hoc dicam, Haud illi nomen inane fuit.

XX.

Quis iacet hic: Paullus qui nomen gestat Ho-
 noris;
 At cur cū Paulo nomen Honoris habet?
 Nomen Honorato est, quod ei Pater omen Honoris,
 Hoc dedit, at factis ipse sibi meruit.
 Accepit nomen, meruit quoque nomen. Honorem
 Est optasse aliquid, plus meruisse sibi.

XXI.

Mors vt honorati venit Genitoris ad aures,
 Hæsit, & ad superos talia fatus ait.
 Reddo quod pignus Superi mihi dulce de-
 distis,
 Delicias uobis reddo, nec inuideo,
 Quod mēcum fuerit, grates ago; quod reuocetur,
 Gratulor; ereptas nec gemo delicias.

Delicię

Delicię in summo superũm sit Paullus Olympo ,
Delicias imo quærere in Orbe nefas .

X XII.

Certabant Paullum tellus & Olympus habere,
Et coram summo lis agitata Ioue est.
Sic tellus: Iuuenem quid terris inuidet æther?
Quid puerum? expleuit vix tria Iustra Puer.
Quæ feritas nuper data dona reposcere vitæ,
Nec dare concessio munere posse frui?
Ast Æter: Iuuenem quid tellus inuidet astris?
Est Puer. At si non corpore, mente senex.
Hæcqu; animi spectanda ætas, nec munera vitæ
Eripio, at larga do potiora manu.
Hæc ille. At solio sic Iuppiter inquit ab alto,
Coelicolæ Ambrosios aure bibere sonos,
Qui dignus Cœlo & Terris hic degat & illic;
Ossa habeat tellus; Spiritus astra colat.

XXIII.

AH Genitor, morior; primoqu; extinguo in
Ah Fili, viuo; nec valet esse senem.
Ah Genitor, discedo per incœperta viarum.
Ah Fili maneo, nec licet ire domo.
Quod pereat, quod eat loca per non cognita; Nato,
Quod stet: quod viuat iusta querela Patri est.
Fallor, nec Patris, ne Nati est iusta querella;
Stat Natus viuens: it, moriturqu; Pater.

XXIV.

Viator, hunc forsân putas
 Perijisse: Non perijt. Caue
 Perijisse Honoratum putes;
 Sed esse cum Cœlestibus
 Refer Parenti Filium.
 Hoc te volebam, nunc abi.

In Obitum Alexandri N.

Deuictam terram, partas & sanguine palmas
 Iactat Alexandri Græcia magna Ducis.
 Iactet Alexāder melior sine sanguine Cœlū,
 Summaq; diuersa parta trophæa manu.
 Quam melior virtus animi virtute caduci
 Corporis: ista solum vincit, & illa Polum.

In obitum Angeli Moroni.

Quid niue candidius, gelida quæ effulget ab
 Arcto:
 Quid uiget in toto nigrius orbe moro?
 Ipse tamen niue candidior dilecte Morone.
 Nam tibi perpetuò candida vita fuit.
 Nunc tua Virginitas quando illibata remansit,
 Dicetis meritò candida in orbe Morus.

Ad eundem .

Q Vid te cara More insignem candore niuali
Atque ita præclaram reddit : an almus
amor ;
Illa nitens quondam, si vera est fabula, Thisbes
Attra statim magno reddita amore fuit.
Ergo ita diuerfas amor idem conficit artes :
Qui tamen hoc fecit, non fuit vnus amor .

Libri Tertij finis .

Errata sic corriges.

Pagina 3. Ilium ingens.	Lege. Ilium & ingens?
pag. 11. De primis.	Deprimis.
p. 15. Ad Io. Castruccium.	Ad Io. Antonium Castruccium.
p. 16. populoque tibi.	populoque tibi que
p. 17. Deunt postis.	Dum postis
p. 26. Britannis.	Britannis
p. 31. Consi. Reg.	Consil. Reg.
p. 37. Ast l. bet.	Ast libet.
p. 39. Sic? corda.	Sic? sic corda.
p. 46. aperit.	apperit.
p. 47. connubia clara.	connubia Clara.
p. 59. Incipe de speré.	Incipe delipere.
Ibid. Terno iam vinculo.	Terno iam vincolo.
Ibid. Phyrrius.	Pyrrhus.
p. 61. Funebra.	Funebria.
p. 65. Quin licuit; tot quot.	Quin licuit; quot
p. 67. Alt Æter.	Alt Æther.

